Ill.me ac Rev.me Dom. D. et Amice mihi obs.me

Gaspar Gratiani
Princ. Moldavia
22/2 1620

Proclamatio Constantinopoli facta de expeditione bellica adversus Polonos suscipienda, ex diversis confirmatur partibus, præcipuè autem Ille Muffty Turcicæ sectæ Pontifex, mihi scribit monendo, ne si vitam cupio, bellum illud ullo modo dissuadeam. Insuper auditur ad Danubij ripas se transtulisse Schenderium Passà, ut ibi circumspicit opportunũ sitũ, in quo Pons construatur, cuius commoditate facilius exercitus, ac commeatus traduci possint: quo consilio fiat, et an in Polonos, vel in aliam partem ~~adhuc~~ arma verti debeant, certo nescio, neq. affirmare, aut negare possum. Sciet Sac: Reg.a Maiestas, ac Senatus quid faciendum erit, et pro sua prudentia omnia disponent.

D. Ostrowskij, et D. Oleskij iam discesserunt ad eorũ legationes. Deus concedat eisdem, ut aliquid boni efficere possint, Ego autem eisdem nec consilio, nec auxilio defui, quibus negocia eò melius perficere debeant, et valeant. Expecto in dies ex Constan.li litteras, quicquid erit novi D. V. Ill.mæ statim significabo. Interim eandem bene valere cupio. Iassis die 22. Februarij 1620

Dom. V.ræ Ill.mæ ac

Addictiss.mus Ser.r et filius
Gaspar Gra.ni Princeps
Moldaviæ

306

307

INSTYTUT BADAŃ
NAD DZIEDZICTWEM KULTUROWYM EUROPY

307

INSTYTUT BADAŃ
NAD DZIEDZICTWEM KULTUROWYM EUROPY

Ill.mo ac Rev.mo D.no Andreæ Lipsky
Episcopo Luceorien. Regni Poloniæ
Vicecancellario D. mihi et Amico
obser.mo

Varsaviæ